Soszina Biereckiemu Reuendit

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliensibus Generosa Anna de Grochowce Generosi Nicolai Socha consors legitima, una cum personali assistentia eiusdem mariti sui sana mente et corpore existens a Terrestribus iuribus iurisdictionibusque suis quibusuis propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis quibusuis omnibus totaliter et plenarie incorporans atque subiciens palam libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipsa bona sua propria et haereditaria videlicet totas et integras villas suas Maximowicze et Chanowice cum Curiis et praediis ibidem existentibus sibi per Generosum Gabrielem Bierecki de Biercza pro summa quatuor millium florenorum polonicalium pecuniae monetae et numeri in Regno currentis vendita et in vim reemptionis alias na Wyderkaff inscripta et resignata. Cum omni coniunctim bonorum iure dominio proprietate omnibusque et singulis bonorum vtilitatibus fructibus prouentibus redditibus emolumentis obuentionibus attinentiisque et pertinentiis quibusuis vniuersis nullis penitus exceptis nec pro se suisque successoribus aut quispiam aliis reseruatis sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando. Verum in ea qualitate longe circumferentiaque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis et limitibus ab antiqua extendit ac protendit et prout eadem bona ipsamet reginens sola tenuit habuit et possidebat ac ipsum concernebat eidemque seruiebat. Iam ex nunc et de facto praefato Generoso Gabrieli Bierecki et ipsius posteris pro summa praefata simili Quatuor millium florenorum pecuniae polonicalis per se recognoscens ab ipso leuata de qua ipsum quietat liberumque et absolutum facit praesentibus vice versa reuendit inscribit et resignat praesentibus perpetuo et in aeuum. Etiam ex nunc eadem reginens Generosa Anna Soszina suprascripto Generoso Gabrieli Bierecki et illius posteris coram officio praesenti in eadem bona modo praemisso reuendita dat et admittit realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos iam ex nunc ab officio praesenti additos die quacunque voluerit officiose acceptandam. Per ipsum Re-

uenditorem

uenditorem suum et ipsius posteros bona praefata reuendita in aeternum tenendi habendi possidendi illisque pacifice et quiete vtifruendi ac ad vsus suos successorumque suorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi temporibus perpetuis. Debebitque et tenebitur memorata reginens Generosa Anna de Grochowcze Soszina prout se ac suos successores inscribit super bonis suis quibusuis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis praefato Generoso Gabrieli Bierecki ac ipsius posteris inscribit et obligat eundem Generosum Bierecki et illius posteros in bonis praefatis reuenditis et ratione eorumque bonorum ab omni et quauis impetitione iuridica quarumcunque personarum cuiuscunque conditionis, status et sexus existentium ex se persona et occasione sua suorumque successorum tantummodo et non vltra exoriunda tam in toto quam in parte In omni Iudicio et officio Regni totiesquoties opus fuerit tueri defendere euincere intercedere ac liberos indemnesque et indemnes reddere. Nec non bona praenominata reuendita tam in toto quam in parte ab omnibus in genere iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus in eis bonis praesentibus reuenditis per se regnantem factis et faciendis, tum etiam a quibusuis oneribus in ea bona ex occasione sua suorumque successorum importatis et importandis litibus denique et pluribus processibus iuris quibusuis in quocunque puncto et gradu iuris dependentibus et in quouis Iudicio et officio Regni obtentis et obtinendis in eisque bonis modo praemisso reuenditis ex occasione sua suorumque successorum tantummodo et non vltra perductis et producendis emundare et liberare mundaque et libera semper facere ac etiam intromissionem praefatam coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum reuenditorum dum per Ministerialem et Nobiles officiose requisita fuerit non denegare imo tenebitur eandem libere et effectualiter dare et admittere dataque et admissa eadem possessionem vsumfructum praemissorum quouis modo tam per se quam per suas quasuis submissas et subordinatas personas non adimere nec impedire. Ipsumque Generosum Georgium Bierecki et illius posteros in eisque bonis modo praemisso modo reuenditionis resignatis tam in toto quam in quauis minima parte [illegible] perpetue [illegible] Bierecki [illegible] posteris quiete et pacifice vigore inscriptionis praesentis reuenditionis tenere

et possidere queat temporibus perpetuis. Idque sub vadio Quatuor millium florenorum
pecuniae polonicalis per eandem recognoscentem Generosam Annam de Grochowce Soszyna aut
illius successores memorato Generoso Georgio Bierecki et illius posteris ob non
completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties
quoties opus fuerit ad solvendum succumbere. Praeterea memorata recognoscens
Generosa Anna Soszyna eidem Generoso Georgio Bierecki et illius posteris dat et
concedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem
ex his Actis Castren. autentice depromptam ad Acta Terrestria Premislien. quandocunque
voluerint transferendi et transportandi quam transportatam tantum roboris et
valorem hac sua praesenti personali recognitione habituram declarat acsi per ipsam-
met recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum
succumbere ac pro se aliqua parti ex praemissis non completa complendum praemissis
Citata ex nunc memorata recognoscens Generosa Anna de Grochowce Generosi Nicolai So-
cha consors legitima aut eius successores Ad instantiam praefati Generosi Georgii
Bierecki aut illius posterorum. Ad officium praesens Castren. Capitan. Premislien.
ex hunc recessu suprascripto quoad vendum spectat mediante semper in primo citationis
Termino tanquam peremptorio stare iuri parere videre vadium praefatum
vere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur
Se ac suos successores ad eaque omnia obligat cunque terminum peremptorium
et alios omnes Consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios vera
infirmitate pro maiori minorennitate successorum ligatione intra vel extra Regnum
servitio militari ad munimenta ad Exercitum vel aliis quibusvis dilationibus et
legalibus impedimentis non differendo ad quietationem vltra proximos Terminos
Officii praefati Castren. Premislien. dilationem sibi non recipiendo nullasque moniones
appellationes ac earum prosecutiones faciendo ac praemissa omnia penitus simpli-
cibus vel tricatis Evasionibus suspensionibus fatalitatibus iuris praescriptione Terminorum
vel Conventionaque et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo
Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Ostrowski Soszyney Obligat Eidemque Addu

Comparens personaliter Coram officio actisque praesentibus Castren. Capitan. Premislien.

Generosus Joannes Matheus Ostrowski Capitaneus in Kapinos Aulicus Cubicula-
rius Sacrae Regiae Maiestatis sanus mente et corpore existens a Iuribus dictis
iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo huic autem
iurisdictioni Castren. Premislien. quoad actum praesentem attinet se cum successoribus
bonisque suis quantis omnibus totaliter et plenarie incorporans et subiiciens palam
libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua haereditaria infrascripta
videlicet. Villam Umaria cum curia et Praedio ibidem sito in Districtu praesenti Premislien.
consistentia Cum omni eorundem bonorum iure dominio et proprietate omnibusque et singulis
bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis obventionibus
attinentiisque et pertinentiis quibus universis nullis penitus exceptis nec pro se suisque suc-
cessoribus aut quopiam alio reservatis sed omnibus in genere et singulis in specie
comprehensis generi per speciem et e contra in nullo derogando. Prout ita la-
te longe circumferentiaque prout praefatorum bonorum haereditas se in suis metis
et limitibus ab antiquo extendit ac protendit et prout eaque bona ipsemet recognoscens
tenuit habuit et possidebat ac ipsum concernebant eidemque serviebant. Iam ex
nunc et de facto Generosae Annae de Grochowce consorti ad praesens Generosi
Nicolai Socha et eius successoribus in summa Quatuor millium florenorum pecuniae
polonicalis communis monetae et numeri in Regno currentis quemlibet florenum grossos
triginta polonicales computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuataeque apud
ipsum per recognoscentem pecuniae abhinc ad Festum Conversionis Sancti Pauli
Apostoli proxime et immediate venturum et in defectu protunc exemptionis
ac summae praefatae persolutionis extunc ad aliud simile Festum Conversionis
Sancti Pauli Apostoli per annum proxime succedentem et sic consequenter de
anno ad annum festo ad festum annis et Festis continue et immediate se
sequentibus usque ad exemptionem bonorum praefatorum et summae praedictae totalem
et indivisam persolutionem inscripsit obligavit et invadiavit prout inscribit obli-
gat invadiat et resignat praesentibus. Et iam ex nunc et de facto idem recognoscens
Generosus Joannes Matheus Ostrowski eidem obligatariae suae et illius posteris
coram officio praesenti in eadem bona modo praemisso obligata dat et admittit rea-
lem intromissionem et actualem pacificamque possessionem per Ministerialem quemcunque et Nobiles duos

Grodus